



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

27. Quomodo beatus Stephanus Protomartyr visus est apud SS. Apostolos  
Petrum & Paulum intercedere pro vrbe Met[en]si, in qua reliquiæ S.  
Stephani requiescunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 6. historia Francorum,  
quomodo B. Stephanus Protomartyr visus est a-  
pud SS. Apostolos Petrum & Paulum intercede-  
re pro vrbe Metensi, in qua reliquie S. Stephani  
requiescunt.

## CAP. XXVII.

**C**Huni à Pannonijs egressi, vt quidam fe-  
runt, in ipsa sanctæ Paschæ vigilia, ad  
Metensem urbem, reliqua depopulando, per-  
ueniunt, tradentes urbem incendio, & popu-  
lum in ore gladij trucidantes, ipsosque sacer-  
dotes Domini ante sacrosancta altaria peti-  
mentes. Nec remansit in ea locus inustus, præ-  
ter oratorium B. Stephani primi martyris ac  
Leuitæ. De quo oratorio, quæ à quibusdam  
audiui, narrare non distuli. Aiunt enim prius-  
quam hi hostes venirent, vidisse se vnum fi-  
delem in visu quasi conferentem cum sanctis  
Apostolis Petro ac Paulo, beatum Leuitam  
Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro  
Domini mei, vt non permittatis obtentu ve-  
stro Metensem urbem ab inimicis exuri, qui  
locus in ea est, in quo paruitatis meæ pigno-  
ra continentur: sed potius sentiant populi  
aliquid me posse cum Domino. Quod si tan-  
tum facinus populi supercreuit, vt aliud fieri  
non possit, nisi ciuitas tradatur incendio, sal-  
tem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi  
aiunt: Vade in pace dilectissime frater, oratori-  
um tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe  
verò



432 COLLATION. SACRAR.  
verò non obtinebimus, quia Dominicæ san-  
ctiõnis super eam sententia iam processit: in-  
ualuit enim peccatum populi, & calumnia  
litigii eorum ascendit coram Deo. id eò ciuitas  
hæc cremabitur incendio. Vnde procul du-  
bio est, quod horum obtentu vix vastata, o-  
ratorium permansit illæsum.

*Gregorius Turonensis eodem libr. cap. 7. Quomodo  
Aurelia ciuitas ab Atila & Hunnorum obsidio-  
ne liberata sit per Anianum sanctissimum eiusdem  
ciuitatis Episcopum, omnes obsessos ad orationem  
hortantem.*

CAP. XXVIII.

**A**ttila Hunnorum Rex à Metensi vi-  
be egrediens, cum multas Galliarum ci-  
uitates opprimeret, Aureliam aggreditur, &  
atque maximo arictum impulsum nititur ex-  
pugnare. Erat autem eo tempore beatissimus  
Anianus in supradicta vix Episcopus, vir  
eximia prudentiæ, ac laudabilis sanctitatis, cu-  
ius virtutum gesta nobiscum fideliter retine-  
tur. Cumque inclusi populi suo Pontifici  
quid agerent acclamarent, ille filius in Deo  
monet omnes in orationem prosterni, cum li-  
chrymis præsens semper in necessitatibus Do-  
mini auxilium implorare. Denique his vt præ-  
ceperat, de pre cantibus, ait sacerdos: Adspice  
de muro ciuitatis, si Dei miseratio iam succu-  
rat. Suspiebatur enim per Domini miseri-  
cordiam, Aërium aduenire, ad quem & An-  
lat